

¶ Smaragdi inter uirides Gemmas primarię ab omnibus habentur, quod nihil his iucūdius, nihil uiridius uidēt oculi. Imprimis uirēt ultra aquaticū gramē. Ultra amicas herbas, deinde oculos quos fulgor alterius gemmę retuderit. Smaragdi recreāt exacuūtq; ut in sculpētibus gēmas uideamus. qbus nulla gratior resectio ē, acie oculorū obscurata q̄ Smaragdi inspectio. Nec aliā ob causā placuit, ut nō sculperent, ne offensū decus imaginum lacimis corrumpereēt, quanq̄ que ūa est difficulter uulneret. Probanī hoc pacto Si aspect⁹ trāsmittāt, si proximū sibi inficiūt aerē, repcussu, nō umbra nō sole, nō lucernis mutate, sed sp̄ sensim radiātes, & ad crassitudinē sui uisū admittentes facilitate trāslucida. Quę ex eius cōcauę existunt, uisum colligunt, quarū corpus extensū est, eadē qua specula ratiōe, supini rerū imagines reddunt. Obi d Nero princeps gladiatorum pugnas Smaragdo spectauit. Genera duodecim sunt. Præcipua Schythica, q̄ nullis min⁹ uitiū inest Et q̄ntum Smaragdi a cœteris gemmis distāt, tātum Schythicę ab alijs Smaragdis. Sūtq; ea duritia ut nequeāt uulnerari, Proximā laudem habent. Bactrianę, quas in commissuris saxorū Etesijs flaubus colligunt, tunc em̄ detecto

B solo